

magum vaserrimum et regem terrae Mazenderān, qui Keikāwūsum, regem Iraniae, cum Sūdāwa uxore captivum tenebat; deinde, post illius expeditionis prosperum exitum, bellum Iraniorum adversus Sijāh-merdum, regem Gīlānūm, qui, Keikāwūso et Rusthemio absentibus, cum Sāmo seu Sāmjelo, filio Qahramāni, irruptionem in Iraniam fecerat. Tandem ille devincitur et occiditur, Sām autem cum Iranis in amicitiam redit.

✗ No. 147. Cod. turc. foll. 46, 4^o, char. neschi scriptus et vocalibus instructus: Continet *Kihābi-mewlūd-en-nebi*, poëma de Prophetæ natalibus, vita et obitu. Cod. abs. A. H. 1008 (Chr. 1599—1600).

✗ — 148. Cod. turc. foll. 143, 4^o min., char. nestha'liq scriptus, continens *Fadhilet-nāmeh*, vel plenius *Hagiqath we-fadhileth-nāmeh*, i. e. Commentationem mysticam, versibus scriptam, de omnibus juris Muhammedani locis ad Mysticorum sententias traductis, cujus ratio est ea ut locis Corani et Traditionis verbo tenus citatis versus ad illos explicandos subjungantur.

✗ — 149. Cod. turc. foll. 185 (si integer esset, 186; sed primum folium excidit), 4^o, char. neschi scriptus, continens narrationem cujus nomen vulgo fertur *Qyrq-Wezir*, Quadraginta Veziri; sed quam auctor, qui se in praefatione simpliciter *Scheich-zādeh*, Doctoris filium, nominat, ibidem sic inscribi jubet: *Hikājethi-arba'n-fabā'h we-mesā*, i. e. Narrationem quadraginta temporum matutinatorum et vespertinorum. Ex arabico turcice versa et elegantiori oratione culta est ab illo *Scheich-zādeh* regnante Murādo II (Chr. 1421—51), cui librum inscripsit. — Cod. abs. A. H. 1060 (Chr. 1650). Cf. Cod. 245.

✗ — 150. Cod. turc. foll. 229, 4^o, char. diwaneschisi scriptus et vocalibus instructus, continens *Djāmasp-nāmeh*, auctore *Sa'di*. Est poëma de fabula Djāmaspi, quae eadem brevius oratione pedestri narrata reperitur in Cod. 61, Murādo II (post quem poëta ejus summum Vezirum, Mu'hammed-Pāscham, laudavit) inscriptum. In

clausula poëta ipse se opus suum absolvisse ait A. H. 833 (Chr. 1429—30) in urbe *Idendjaq*. Cod. abs. A. H. 986 (Chr. 1578—9). — Sequitur a fol. 208 v. *Dāsithāni-Sa'di-Waqqāf*, i. e. poëma quo narratur fabula quaedam heroica, in qua primae partes sunt *Sa'di-Waqqāfi*, viri fortissimi e sociis Muhammedis.

✗ No. 151. Codiculus turc. foll. 58, 8^o obl., char. diwani scriptus, qui nescio cujus notas de expensis quotidianis continet, primum iis quae ad extruendas aedes in *Hasan-Aghae* cujusdam hortis, in *Arnaut-kiöi* sitis, A. H. 1040—1 (Chr. 1630—2) factae sunt; deinde, f. 49 r. sqq., iis quae ad aliam domum Constantinopoli aedificandam; tum aliis domesticis et familiaribus, pro calceis, clavis, etc.

✗ — 152. Cod. arab. foll. 98, 4^o min., char. thaliq scriptus, continens *Ja'qūbi Ibn-Sejjid-'Alii* notas ad commentarium illum in praefationem Syntaxeos arabicae *El-Mifbā'h*, quem totum exhibent Codd. 89, 117 et 180, atque ex parte Cod. 96. — Cod. abs. A. H. 977 (Chr. 1569—70). Cf. Cod. 246.

✗ — 153. Cod. turc. foll. 91, 4^o min., char. neschi scriptus et vocalibus instructus, continens Anonymi tractatum de omnibus partibus et officiis peregrinationis sacrae Meccanae, quem, quum antea duos libros arabicos ejusdem argumenti edidisset, *I'hjā-el-haddj* et *Qorrah-el-öjün*, eo consilio se turcice scripsisse ait, ut populares omnes promiscue libro uti possent. Codici praefixus est index capitum, qui iterum, sed brevior, in praefatione reperitur. Scr. absol. A. H. 1090 (Chr. 1679—80). — Sequitur a f. 87 v. libellus de officiis eorum qui itinera vulgaris faciunt.

✗ — 154. Cod. persico-turcicus foll. 283, 4^o, char. nestha'liq scriptus, continens *Sa'di Bosthān* cum interpretatione turcica *Schem'i*. Adjecta est in margine a S. G. Seebischio, ad ejus bibliothecam codex olim pertinuit, lectionis varietas e Cod. Vratislav. M. Magdal. collecta. Cod. abs. A. H. 1052 (Chr. 1642—3). Cf. Cod. 8, et praecipue Cod. 160.